

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Pavli Aeginatae Praecepta Salvbria**

**Paulus <Aegineta>**

**Argentorati, 1511**

[urn:nbn:de:bsz:31-271693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-271693)



1944

42 A 1237 RH

No. 816 ff

9

**PAVLI AEGINATAE PRAECE  
PTA SALVBRIA GVILI  
ELMO COPO BASI  
LEIENSI INTER  
PRETE.**

(-1511)

Index.

Index eorū quæ in toto opere discutuntur.

|  |         |
|--|---------|
| Vibus affectibus mulieres grauidæ infestent,<br>q & qua victus rōne educandę sint. Caput. I. |         |
| De nutrice,  | ij.     |
| De lacte nutricis.   | ij.     |
| Quomodo lactis malicia corrigatur.   | iiij.   |
| Educatio pueri.  | v.      |
| Ad exanthemata puero exorta.   | vi.     |
| De tussi & de stillatione pueri.   | vij.    |
| De pruritu.  | viiij.  |
| De dentium ortu.   | ix.     |
| De aphtha.   | x.      |
| Ad fœmorum intertrigines.  | xi.     |
| Ad humectationes aurium.   | xij.    |
| De Siriasi.  | xiiij.  |
| Ratio victus infantū atq; reliquarū deinceps ætatum<br>ad vigoris vsq; inclinationem.        | xiiij.  |
| De frictione præparatiua.  | xv.     |
| De exercitatione.  | xvi.    |
| De exercitationis generibus.   | xvij.   |
| De generibus frictionis.   | xviiij. |
| De exclamatione.   | xix.    |
| De lassitudine ob exercitationem.  | xx.     |
| De cute constypata.  | xxi.    |
| De spontaneis fatigationibus.  | xxij.   |
| De victu senum.  | xxiiij. |
| De rugato contractoq; corpore.   | xxiiij. |
| Vt suavis sit corporis odor.   | xxv.    |
| Ad habitum calefaciendum.  | xxvi.   |

|   |          |
|---|----------|
| Ad coloris vicium.  | xxvij.   |
| Ad liuores & fuscédines.  | xxviij.  |
| Dentium custodia.   | xxix.    |
| Vt facile quis audiat.  | xxx.     |
| Ad oculorum caligationem.   | xxxj.    |
| De satietate  | xxxij.   |
| De ebrietate.   | xxxij.   |
| Quibus alimēta corrumpuntur.  | xxxiiij. |
| De venere.  | xxxv.    |
| Qui coire non possunt.  | xxxvi.   |
| De immodico concubitu   | xxxvij.  |
| De genitalis seminis abundantia.  | xxxviij. |
| De infrigidatis   | xxxix.   |
| De combustis.   | xl.      |
| De pituita in superiore ventre redundante                                   | xli.     |
| Vt facile quis vomat.   | xlij.    |
| Quæ sanis aluū soluant, & quæ urinā moueāt                                  | xlij.    |
| De clysteribus  | xliij.   |
| De glandibus  | xlv.     |
| De apoplegmatis caput vacuātibus & his quæ p<br>nares purgant, & vnguentis. | xlvi.    |
| Quæ menstrua ducunt   | xlvij.   |
| Quæ sudorem mouent  | xlvij.   |
| De aere   | xlxi.    |
| De aquis.   | .L.      |
| De lauacris   | li.      |
| De lauacris naturalibus   | lij.     |
| Quæ victus ratio quolibet anni tempore sit utilis                           | liij.    |
| Victus in negotio degentium.  | liiij.   |
| Quæ victus ratio viatoribus sit obseruanda                                  | lv.      |

Index.

|  |           |
|--|-----------|
| Naufragantium victus   | lvi.      |
| De carniū purgatione.  | lvij.     |
| Quomodo nutriendi sunt graciles.   | lvij.     |
| De partium attenuatarum curatione.   | lix.      |
| Quæ sint optimi temperamenti notæ.   | lx.       |
| Distemperatorum corporum notæ.   | lxi.      |
| De capitū formatione.  | lxij.     |
| Temperaturę cerebri notæ.  | lxij.     |
| Quibꝰ notis vētriculi temperatura deprehendat.   | lxiiij.   |
| Pulmonis signa.  | lxv.      |
| Cordis signa.  | lxvi.     |
| Quibꝰ indicijis iecinoris temperatura deprehendat.   | lxvij.    |
| Testiculorum temperatura.  | lxviij.   |
| De omiffis.  | lxix.     |
| Calidæ intemperantiæ medela.   | lxx.      |
| Frigidæ distemperantiæ remedia.  | lxxi.     |
| Aridæ distemperantiæ in ventriculo veluti exēplo, mox<br>aliasꝰ quoqꝰ distemperantiæ medela. | lxxij.    |
| De ciborum facultatibus.   | lxxiiij.  |
| De oleribus.   | lxxiiij.  |
| De cymarum natura.   | lxxv.     |
| De radicibus quæ cibi rationem obtinent.   | lxxvi.    |
| De tuberibus.  | lxxviij.  |
| De frumentaceis.   | lxxviij.  |
| De leguminibus.  | lxxix.    |
| De temporarijs fructibus.  | lxxx.     |
| De arborum fructibus.  | lxxxj.    |
| De animalibus, & primo de volatilibus  | lxxxiiij. |
| De ouis.   | lxxxiiij. |
| De pedestribus animalibus.   | lxxxiiij. |

Index.

|   |          |
|---|----------|
| De partibus animalium.                      | lxxxv.   |
| De lacte                                    | lxxxvi.  |
| Quid obseruandum sit lac potantibus.        | lxxxvij. |
| De lacte schisto.                           | lxxxvij. |
| De caseo.                                   | lxxxix.  |
| De piscibus.                                | xc.      |
| Quibus testa pro tegmine est.               | xcj.     |
| De mollibus.                                | xcij.    |
| De cartilagineis.                           | xcij.    |
| De cetaceis.                                | xcij.    |
| De vini potentia.                           | xcv.     |
| De melle & mulso.                           | xcvi.    |
| De somno.                                   | xcvij.   |
| De vigilia.                                 | xcvij.   |
| De sopore.                                  | xcix.    |
| Dioclis epistola de bona valitudine tuenda. | C.       |

Ad reuerendum in Christo patrem, dominū  
Germanum de Ganay Caduricensem episcopum,  
Guilielmi Copi Basileiēsis, in Pauli Aegidii  
netæ salubria præcepta, Præfatio.

Edicinam non infimam philosophiæ partem  
ornatissime pater, foelici illo seculo, quum flores  
rerent bonæ literæ, summopere cultam, nescio  
quo pacto, humanarum literarum studiosi, negligunt, contem-  
nunt, atque a musarum contubernio repellunt. Nisi id est,  
quod adeo barbarorum fecibus oblitterata est, ut nemo  
cultioris literaturæ studiosus, vel minimo, ut inquitunt,  
digito eam attingere dignetur. Qua de re paucos hodie

Præcep.

Videas magni nominis viros, qui ad vltimā vsq; senes-  
tam pueniant. Sane nostro æuo, Picus mirandula, res-  
rum naturę miraculum; atq; Angelus Politianus, qui  
ynus a Gothor; iniuriā linguā latinā vindicare pot-  
tuisset, ideo per ætatis vigorē, immatura morte nobis  
sublati sunt, q; non iustam medicinæ in suis lucubrati-  
onibus rōnem habuerūt. Quū enim, ut est in oracu-  
lo, summa hominis prudentia sit seipsum noscere, ne-  
scio quomodo ille sese noscere putabit, qui animorū  
semp; indagine sollicitus, nullam corporalis naturæ sibi  
rōnem pponit. Animū enim sine corpis adminiculo,  
viribus carere, phreniticor; insania, satis declarat. Itaq;  
nemo se philosophū recte pfitebitur, nisi medicinā q;  
q; didicerit, qua duce in primis corporis naturā, deinceps  
p reliquas philosophiæ partes animū, postremo se  
ipsum cognoscet. Huius monitis Pythagoras, Empe-  
docles, Democritus, Diocles caristius, Praxagoras, Chry-  
sippus, Plato, Dionysius heracleotes, Xenocrates pla-  
tonicus, Carneades, Cleāthes, Xenophanes colopho-  
nius, summi philosophi in vltima senectute mortem  
obierunt. Aristoteles vero ipse, quum alioquin natura-  
li stomachi infirmitati, crebrisq; morbidis corporis of-  
fensionibus obnoxius esset, ob animi tamen magnitu-  
dinem, quā ex medicinæ scientia conceperat, cōtra opi-  
nionem hominū, ad sexagesimū vsq; tertiuū puenit an-  
num. Id vero nostro æuo, ob hanc maxime causam, cō-  
tingere solet nemini, quod summor; medicor; monu-  
menta, Hippocratis inquam, Galeni, Rufi, Oribalij,  
Pauli, Alexandri, pulueribus obsita iacent, negliguntur;  
Ac barbarissimi quicq;, vel tempor; iniuriā, vel cit-

Index. 7

culatoꝝ auaricia inducti, illorꝝ loco habent in precio.  
Ergo quum magna iam antiquorꝝ, optimorꝝqꝝ vo-  
luminũ, tum oratorꝝ & poetarꝝ, tum philosophorꝝ, co-  
pia Aldi manutij viri vndecunqꝝ doctissimi industria,  
nobis restituta sit, laborandũ esse duxi, ut medicinæ q̄  
qꝝ auctores, ad pristinae dignitatis lucem resurgat. Igi-  
tur græcarꝝ literarum prima rudimenta, quæ iam pris-  
dem in Germania sub Mithridate & Conrado celte de-  
gustaueram, sub vtriusqꝝ linguæ doctissimis præcepto-  
ribus Ioãne Lascari, atqꝝ Erasmo Roterodamo in Pari-  
siorꝝ academia excolere tentauĩ. Sed ob eorꝝ præcipi-  
tem in Italiam abitum, operam fere lussissem, nisi mox  
Hieronymũ aleandꝝ, græce, & latine, & hebraice, ad-  
de etiã chaldaice, doctissimũ, ppetuũ annũ poetas &  
oratores (absqꝝ em̄ horꝝ diligenti lectõne, nullus facile  
græcas literas discere posse speret) græce legentẽ audi-  
uissem. Cuius pceptis formatis, vt studioꝝ meorꝝ fru-  
gẽ aliquã reponerẽ, Theodorꝝ Gazam, atqꝝ Nicolaum  
Leonicensẽ, q̄qꝝ longo admodũ interuallo, imitari, ac  
veteres eosqꝝ eruditissimos græcos medicos, p virili re-  
stituere nisus sum. Atqꝝ in primis Paulũ eginetã, q̄ vni-  
uersam medicinã a Galeno & Oribasio p innumeros  
fere libros traditã, in septẽ libros cõpendiose rededit.  
Horꝝ primũ, q̄ bonã valetudinẽ tueri docet (qđ nō so-  
lũ medicis, verũ etiã mortalibus vniuersis, nō mediocri-  
ter cõducat, integrã seruare valetudinẽ) a reliqs sex  
libris separe, ac latio sermone donare cõstitui. Ne salu-  
bria pcepta ppetuo ab iẽptis, Salernitanorꝝ deliramẽ-  
tis petere oporteat. Quam in re quis eloquutio forsitan  
fœlicior desiderabit, quod tñ ad interpretatõnis fidem

Præcep:

pertinet, nisi nos aliquando exemplaris (quod vnū dū  
taxat habere potuimus) deprauatio fefellerit, nemini  
cesserimus. Has vero lucubrationū nostræ primitias  
tibi pater amplissime dicamus, donoque mitimus, quod  
optimarū te literarū asylum, nō solū Gallia, verū etiam  
docta p̄dicat Italia, quotquot em̄ multis iā retro actis  
annis bonarū literarū studiosi, ad hanc nostrā Parisinā  
applicuerūt academiam, eos, ut es doctissimus, ita per  
q̄ humanissime suscepisti, fouisti, ac summis honorib̄  
bus extulisti, omitto religionē, mores sanctissimos, in  
tegritatem, summā eruditōem, generis claritatem, ne  
de multis pauca attingens, nimis frigide te laudē. Nā  
amplissimas tuas v̄tutes, iustū vix volumen explica  
ret, nedū epistola. Igit̄ a serijs, tetricisq̄ studijs, atq̄ ar  
duis istis tuis curis, remisso nōnunq̄ animo, has nos  
stras minutiores musas legere nō asperneris, ut & res  
c̄ta valeas & diutius viuere possis, id q̄ studiosis om̄i  
bus, & mihi in primis q̄ maxime optandū est, es enim  
alter ille Mœcenas, q̄ recte valente haudquaquā male va  
lebūt literę. Quod si has nostras lucubratōes excellen  
tiæ tuæ placere senserimus, dabimus operam, ut pro  
pediem Galeni quoq̄ opera, quorum ne v̄bram qui  
dem adhuc latini viderūt, non minore a Romanis, q̄  
Græcis (quantum latini sermonis inopia patitur) faci  
litate legantur. Vale pater ornatissime. Ex Parisiorum  
Iutecia, xiiij, Kalēdas Aprilis, Anno. M. D. X.

Pau. Eginē.

Pauli Eginetæ præcepta salubria Guilielmo  
Copo Basileiensi interprete.

Quibus affectibus mulieres grauidæ infestent.  
& qua victus rōne educandæ sint. Cap. I.



**VONIAMMVLIERES**  
grauidæ, his fere molestan-  
tur calibus, crebra vomitio-  
ne, sputo, cordis dolore, fa-  
stidio, haud ab re fuerit, p̄-  
sidia, quibus eis succurrat,  
præscribere. Itaq; deambu-  
lationes, cibi non admodū  
dulces, vīna rufa, odora, p̄-  
cipue gnquēnia, & modica  
potatio, eis cōueniūt. Hec

em̄ oīa vomitionem arcere consueuerunt. Medicamen-  
torum vero vim obtinent, polygonium ex aqua coctū  
& epotum, anetum, pontica radix, quæ ab incolis Rha-  
vocatur. Hęc & ante, & post cibum adhibenda sunt.  
Mane vero præcordijs cataplasma imponere oportet  
ex cēnāthe, balaustio, cytiso, myrrha, gummi, scēnicu-  
li semine. Nec refert ut cuncq; miscere volueris, aut cū  
vīno veteri & palmulis, aut solidum, siccumq; præcor-  
dijs adhibere. Atq; id magnifice iurat eas, quæ terrā  
edere cupiunt, ut in ea affectione quam *KITTAV* id est  
picam vocant, quæ circa tertium gestationis mensem  
præcipue infestat, quod non possit tum foetus, utpote  
imbecillus, quicquid ad vterum alimenti ratione fer-  
tur, absumere, quapropter variæ in stomacho redun-  
dantiæ accumulatur, vnde & varia, & absurda appe-

B

Præcept.

tunt, vt carbones extinctos, cretam cimoliam, & alia p̄  
multa. eam ob causam ita affectum hunc nominaue-  
runt, aut ab animalis varietate, aut quod sepe numero  
hoc malo pica laborat. Cibi appetentiã inducũt, la-  
bor, & longior peregrinatio. Si vero mulier grauida de-  
licatius fuerit educata, inutiliter subibit repētinas mo-  
tiones, fastidientē quoq; licet acres potioēs, & p̄cipue  
sinapi degustare. Pedum tumores magnifice discu-  
tit anthyllis in aceto macerata, & brassicæ latoris folia  
atq; cimolia creta ex aceto illita, item alumē ex aceto  
medica quoq; mala, quæ & citrea dicunt, in aqua co-  
cta, vtiliter pedibus adhibētur.

De Nutrice.

Cap. II.

Ligenda est nutrix, quæ nullo penitus morbo  
e labore. & neq; grādū admodū natu, neq; val-  
de iuuenis, ita vt iunior qdem quinq; & vigin-  
ti annis minor non sit, grandior vero qnq; & triginta  
nō excedat. Sit p̄cero pectore, mammis, papillæ neq;  
nimia longitudine p̄mineant, neq; curuitate auertant.  
reliquo vero corpore neq; obesa nimis, neq; macie ad-  
modū extenuata. Id vero magnope conducet infanti,  
si nō ita pridē nutrix peperit. atq; maxime si masculū,  
abstineat ab arefaciētibus supra modū, a salis, acutis,  
a stringētibus, acidis, amaris, valde calorificis, suaue  
admodū olentibus, excellēter odoratis, bellarijs, cōdis  
mētis, alijsq; acris, ac venerē haud quaq; admittat.  
Exerceat manus & humeros, texendo, & in vlnis cir-  
cunferendo, ferēdus aut in vlnis infans est trimestris  
& quadrimestris.

De lacte nutricis,

Cap. III.

Pau. EGINE.

Primum lac esse cognosces, si mediocre fuerit  
o in crassitudine, multitudine, colore, odore, gustu. Vtile pro illud est, quod in unguem pollicis instillatum, ad splendorem, inclinatum ungue, videtur nec ce-  
leriter, nec tarde defluere. Atque sic quoque probandum est.  
Lac emulsum in iuce in vas vitreum modicum, deinde digi-  
tis agitatum, sine donec concrecat, si enim plus videris seri-  
tis casei, inutile, si pro contra, coctum difficile erit. Optimum  
vero fuerit, quod modice utrumque habet.

Quo modo lactis malicia corrigatur. Cap. III.

Actis vicia sic corrigenda sunt, si crassius fue-  
rit, vomitu pituita eijcienda est, id quod cum oximel-  
le optime perficitur, eaque laboribus precipue ante cibum  
extenuanda est, ad quam rem commodissima fuerint, origa-  
nū, hyssopū, satureia, scandix, thymus, paulū radicu-  
la, salsamentū vetusicū oxymelle. Si pro nimis acre, te-  
nueque appareat, tum a multis laboribus abstinere, & ali-  
nutricem ex sorbitonibus, & carnibus suillis oportet,  
sapam bibere & vinū dulce, pectus & mammas fricas-  
re. nonnullis cucurbitula adhibita, auxilio fuit. Medica-  
menta autem quae lac generant, & si scio non nihil conferre,  
assidue tamen eis uti non iubeo. nam nimis violenter eliquant.  
sunt autem ea, semen & radix foeniculi, quae aqua calida ma-  
cerata exhibenda sunt.

Educatio pueri.

Cap. V.

Rimus cibus iam iam genito puellio exhiben-  
p dus, est mel, deinde lac dandum est, bis in die, aut  
ter ad summum. Quum pro promptus ad accipien-  
dum videbitur, nec desit concoquendi spes, tum cibos non  
repletos dare conuenit, quoniam quidem imprudenter repletus,  
somnolentior, humidiorque, atque ventre quoque tumido, in

B ij

Præcept.

flatoq; eradit, & vrina aquosa reddit, quibus ego tum nihil dandū censeo. At satis fuerit duobus annis lacte nutrirī, deinde solidiores cibos accipere.

Ad exanthemata puero exorta. Cap. VI.

Væ circa pueri cutem florent, in primis qdem q æquo animo tolerare oportet, quū vero deflo- ruerūt tum balneis curare, adijciēdo myrti aut lentisci folia, aut rosas, rosaceo q; aut lentiscino oleo vtendū. mox cæratū cum cerusa adhibendū, atq; leni- ter ex nitris abstergere oportet. Nam fortiora præsidia non feret. Ratio victus sic cōmodissime instituitur, ut neq; nimīū impleat, neq; multa inedia vexetur. Porro si pueri aluus astricta fuerit, mel cibo adiectum dabis, quod si ne sic quīdem deijcit, resinam terebinthinam, q̄ ciceris quantitatē æquet, adijcies. Ad solutam vero aluum, miliū q̄ maxime confert.

De tussi & de stillatiōe pueri. Cap. VII.

I vel tussi vel de stillatiōe puer vexat, mellitiss- mos (ita em̄ nominant eligmata ex melle) sus- mere debet, abluendū caput est multa calida aqua, mox multo melle linere, deinde linguā digito le- niter comprimere oportet, ita em̄ magnam pituitæ co- piam euomet.

De pruritu. Cap. VIII.

Ruritus si puerum infestat, fomentis curabit- p atq; multa vnctiōe ex oleo crudo, cum exigua cæra eliquato.

De dentium ortu. Cap. IX.

Eptimo fere mense dentiunt, tum gingiuarū, f maxillarum, & tendinū inflammatōes eis acce

Pau. Eginet

¶ Sunt nonnunquam nervorum quoque distentiones, quo tempore nihil puero dandum quod mādere oporteat. Gingivas a balneo assidue digito contrectare, & ex gallinaceo adipe, & leporis cerebello molliores reddere convenit. Prodeuntibus vero iam dentibus, teneras, mundasque lanas, cervicis, capiti, & maxillis adhibere, atque oleo calido, dulciq; fouere, id quod auribus quoque instillandum est. Porro puellum tum vberius alere oportet, & aqua calida lavare. Quod si alui quoque fluor molestauerit, tentandum eam epithematis, quæ maxime ventrem supprimunt, sistere, inspergentes lanæ, aut cuminum, aut anetum, aut apium, quibus rosarium quoque semen recte adijcitur, & in totum calefacere & exicare expedit. Si vero nihil deijcit aluus, melle ad glandis formam redacto leniter irriteretur, prodest etiam calaminta trita, atque cum melle illita. Nervorum distentione laborantem puerum, magnifice iurabis, si heliotropium ex aqua coquens, ipsum laveris, eoque magis, si irino oleo, aut cyprino, aut sycionio unxeris, atque in totum calefeceris. Exortis iam dentibus, si digitos mordet, vulneratque, operæ precium fuerit radicem irisidis elixam, ac modice aridam tenere. Hæc enim ulceribus quoque auxiliatur, quemadmodum & butyrum cum melle illitum. Gingivarum pruritus, veteris salsamenti caro sedat.

De Aphtha. Cap. X.

¶ Locus quoque puero accidit, quod Aphtha vocatur, modo subalbidum, modo subrubrum, nonnunquam veluti crusta nigrum, ut vero omnium pessimum, ita maxime lætale, nigrum est. Huic operæ

B ij

Præcep.

affert iris, vel cum melle, vel sicca etiam adhibita. Item rosarum folia contusa, flos rosarū, crocus, paulū mirrhæ, galla, thus, cortex thuris, vel simul, vel singulatim melle excepta. Præterea mulsum, & mali punici dulcis succus.

Ad femorum intertrigines. Cap. XI.

a D femorum intertrigines, myrtum aridam, cyprum, rosas, insperge.

Ad humectatōes aurium. Cap. XII.

a Vrium humectationes siccabimus, si lanam ex alumine adhibuerimus, aut vinum mulsum, aut vinum vetus, aut crocum ex vino tritum instillauerimus.

De Siriasi. Cap. XIII.

f Iriasis est partium circa cerebrum & eius mēbranas, inflammatio. Hanc sequitur & syncopitis, & oculorum cauitas, cum pallore & ariditate corporis. Eius remedium est, ouī rubrum cum rosaceo, caluariæ quidem pigmenti specie impositū, sed creberrime mutatum. Aliud ad Siriasim. Heliotropij (quod Scorpiuron vocant) folia, cucurbitæ rasuram, cucumeris atq; peponum adiacentem carni pellitculam, solani hortensis cū rosaceo, succū, caluarię adhibere oportet.

Ratio victus infantium, atq; reliquarum deinceps ætatum, ad vigoris vsq; inclinatioem Ca. XIII.

q Vum ab lactati fuerint infantes, suo desiderio & hilaritati dimittendi sunt, ac modice eis cō

Pau. Egin:

cedantur & exercitationes & leuia alimenta. Quum sextum septimumve annum attigerint, tum & pueros & puellas literatoribus tradere oportet, benignis quidem, humanisque, qui cum gratia & animi securitate doceant, quandoquidem animi relaxatio, ad vegetam corporis educationem plurimum confert. Duodecimo iam exacto anno, ad grammaticosque, rhetoresque mittendi, atque ad corporis exercitationes cogendi sunt. A decimo quarto ad primum & vigesimum annum, mathematicae, sapientiae studio, incumbant, & ad fortiores exercitationes pro corporis robore ducantur, ut & corpore & animo laborantes, a libidinis impetu cohibeantur. Quum ad aetatis suae vigorem peruenerint perfecta educatio, tum animi, tum corporis, eis conuenit, qua de re nullum exercitationis genus abhorreat, praesertim quo quisque uti solitus est. Cibosque pleniore, & qui bonum praebet alimentum utantur. Inclinate iam vigore, educatio moderatior, tum animi, tum corporis iuuat, Exercitationes vero qualescunque fuerint, pro inclinatiois ratione, remittendae sunt. Neque plenior tamen cibus exhibendus est, utpote habitu eorum frigescere iam incipiente.

De fricatione praeparatiua. Cap. XV.

Nte exercitationem corpus modice calfacimus, linteo fricantes, deinde nudis manibus ex oleo perfricabimus, donec caleseat satis, ac transmutetur corpus, atque florido rubore suborto, ad habitum decentem producat.

De Exercitatione. Cap. XVI.

B iiij

Præcep.

**E**xercitatio est motus vehemens. Vehementiæ terminus est anhelitus in spissitudinem permutatio. Exercitationes, instrumentales partes præparant, ut & affectõibus potenter resistent, & ad actiones reddantur fortiores. Præterea ut alimenta validius attrahant, promptius conficiant, & vberius deinde reficiantur, propter inductum a forti motu pulmonis calorem. Itaque quum alimentum melius digeratur per corpus, si neque plenitudo, neque cruditas, tum extremorum, tum humorum, contineatur vel in ventriculo, vel intestinis (periculum enim est, ne prius quam probe concoquantur, ad vniuersas corporis partes trahantur) consistat ante alimentorum susceptiõem aggrediendas esse exercitationes. Temporis autem oportunitas, ex vris narum colore deprehenditur. si quidem aquosa cruda est, significatque iam redditum ex ventriculo humorem; Rufa & biliosa, tam dudum perfectam concoctiõem notat. Quæ mediocriter pallet, coctiõis quæ adhuc fit, principium significat. Hoc igitur tempore aggrediendi sunt exercitationes, si prius vesicæ, ventrisque onera deiciantur.

De exercitacionũ generibus. Cap. XVII.

**O**mnibus exercitacionibus comune est, quod animantia ex seipsis calorem auctiorem efficiunt. Proprium vero est quod per singula genera discernitur. Vehemens enim, id est violenta exercitatio neruos, lacertosque, robustiores reddit, huiusmodi sunt, fodere, magna onera attollere, siue in eodem loco quis maneat, siue paulum progrediatur. item si quis, quantum maxime potest, deambulet. Huius quoque

Pau. Eginē

quod generis sunt, apprehensum manibus funem scādes  
re, atque alia complura. Veloces exercitōnes sine  
robore, & sine violentiā sunt, ut cursus, ut umbratilis  
pugna, & acrochirismi, id est quæ summis manibus  
apprehēsis fiunt certamina, & vel folle, vel parua sphe  
ra ludere. Est ubi componitur exercitatio ex robusta  
& veloci, ut si quis robustis exercitōnibus vehemē  
ter innixus, veloces quoque motiones addiderit. Præte  
rea per exercitationes quasdam, alijs lumbi potius quā  
manus, aut crura laborāt, alijs spina vel thorax, aut pul  
mo. Tam diu vero exercitatiōi indulgendū est, quo  
ad in tumorem corpus attollitur, & rubescit, & motus  
firmi, æquabiles & faciles sunt, atque sudor vaporī vide  
tur commisceri. Quiescēdū autem tum primum, quū  
ex prædictis aliquod mutabitur, veluti si detumescit  
corpus, si coloris pulchritudo mutatur, si motus remit  
titur, tum illico quiescere oportet. Sudoris quoque si vel  
quantitas vel qualitas mutata est, ut si minor, vel frigi  
dior est, ab exercitatiōe desistere, mox circūfuso oleo  
fouere, ac deinde, ut ludimagistri solent, recreatoriā  
adhibere frictiōē congruit.

De generibus frictiōnis. Cap. XVIII.

Frictiōnum, vehemens quidem, durum, lenis  
f vero, molle corpus reddit, quapropter ea quæ  
temperato corpore laxiora sunt, vehementer,  
quæ vero magis compacta, leniter fricanda sunt. At si  
quis mediocri sit corpore, neque leniter, neque vehemen  
ter, fricari debet, sed quoad fieri poterit, utrumque vitas  
re excessum. Porro multa eademque vehemens frictiō,  
corporis tumorem demittit, contra lenis & nō ita mul

B v

Præcep.

ta in tumorem attollit. Igitur tres frictionū differentia a quantitate sumptæ, tribus a qualitate acceptis complexæ, nouem coniugationes efficient. vt in subscripta figura videre est. Quid vna in quantitate, vt multa, tribus scdm qualitatem connexa, vehementi dico, & leni, & mediocri in vehemētia, tres pducit differentias. Rurſus, pauca, iisdem tribus, tres alias. Quæ vero in qualitate moderata est, illis iisdem tribus coniugata, tres alias constituit, vti subscriptū est.

|      | Quantitas. |    | Qualitas. |
|------|------------|----|-----------|
| I    | Multa      |    | Vehemens  |
| II   | Multa      | et | Lenis     |
| III  | Multa      |    | Mediocris |
| IIII | Pauca      |    | Vehemens  |
| V    | Pauca      | et | Lenis     |
| VI   | Pauca      |    | Mediocris |
| VII. | Mediocris  |    | Vehemens  |
| VIII | Mediocris  | et | Lenis     |
| IX   | Mediocris  |    | Mediocris |

De Exclamatione.

Cap. XIX.

nihil ad sanitatis tutelam conducit in exclamationibus concinna, aptaq; modulatio. grauiorū vero sonorū fragor vt maxime vtilis est. ita summo studio vsui accommodandus. siquidē multus aer hoc modo in corpus p inspirationem attractus, & thoracem, & ventriculum, vniuersiq; corporis meatus dilatat, patefacitq; quod inter legendū habundantia humiditātū excernit, per sudorem quidem, si validiores, per occultam vero ex vniuersa mole euaporat onem, si fuerint mitiores, facta enim attenuatioe, mul

Pau. EGINE

tae superfluitates, vt mucci, sputa, pituita, screando ex  
cernuntur, expendunturq;. Igitur quod praestantius re  
medium, ijs qui ob frigiditatem calfactione indigent,  
afferemus, quam respirandi functionem: Itaq; saepe nu  
mero legere oportet, atq; remisso vniuerso corpore, su  
saq; carne, arteriam, caeterosq; spirandi meatus in apta  
raritatem diducendo, p reliquas vocis grauitates mo  
dulari, id vero neq; temere, neq; inconsiderate facere,  
sed tum demum ad vocis exercitatem accedere, si ne  
q; viciosis, corruptisq; humoribus refertum sit corpus  
neq; magna manifestaq; in stomacho appareant cru  
ditates, ne p vniuersum corpus corrupti vapores impē  
sius digerantur.

De lassitudine ob exercitatem. Ca. XX.

Lerosa lassitudo excrementorum tenuiu, acri  
v umq; plenitudine, constat. Tensiu autem  
nullum memoratu dignum excrementum cor  
poribus infundi declarat, sed in musculis & neruis af  
fectio quaedam sit, per quam tendi videntur. Infla  
matiu vero, per quam videlicet partes veluti fractas,  
tumidasq; sentimus, tunc potissimum accidere solet,  
quum musculi supra modum calfacti, auullerint ad  
sefe ex circumfusis redundantijs quippiam. Est  
& alia affectio, quarta videlicet, quum musculi vlt  
tra quam expedit siccantur, ita vt si nudentur corpo  
ra, & squalida & collapsa videantur, & ad motiones pi  
gra. Igitur vlcerosam fatigationem sanabis, excre  
meta secernens, frictione multa, leniq;, liberaliter oleu  
infundendo, quod nullam astringendi vim habeat. Sco  
pus vno sanationis intensiu est laxitas. Igitur tensum la

Præcep:

xabis, frictione pauca simul & leni, ex oleo dulci trahit  
quillitate & requie, balneis temperatis, & longa in aq̄s  
calidis mora, qua de re plurimū auxiliū feres, si bis aut  
ter sic laborantē laueris. Tertia lassitudo quam inflā  
matiuam diximus, tria habet curationis proposita, ex  
crementi vacuatōem, tensi remissionem, & ardoris res  
frigerium. Itaq; multum oleum tepidum, frictiones le  
nissimæ, atq; in aquis tēperatis multa, diuturna q; mo  
ra, huiusmodi fatigationes sanat. item trāquillitas, ma  
xime multa & assidua. Quarta affectio, prima quis  
dem die, nulla eorum quæ diximus, mutatione indis  
get, eo dumtaxat excepto, q̄ aqua non sit calida, sed q̄  
dēfere paulatim possit. Postero die recreatoria eget ex  
ercitatōe. Exiliant vero illico ex balneis p̄sertim quū  
frigidam aquā subierint, egressi autē cibi subinde resi  
ciantur.

De cute constypata Cap. XXI.

Onstypatio fit aut ex obstructione, aut meatu  
e um densitate. Obstructionem quidem, crudo  
rum & incoctorum humorū multitudo, crassi  
tudōq; efficiunt. densitatē vero, vel frigus, vel astrin  
gētia, vel exiccantia. Id autē facile discernit̄ ablati vesti  
bus, ex cutis albicante pallore, duricie densitate, & q̄d  
ab exercitatōe quis nō facile calefcit. Huius affectōis  
medela, calefactio est. ideoq; exercitationibus vtendū  
est, & balneis calidioribus. At in frigida natatōe, nō lō  
ga sit mora, & neq; aq̄ ip̄a sit admodū frigida. Antea  
ȳo q̄ induant, vngēdī sunt ex aliq̄ modice calorifico,  
vt oleo dulci tenui. Porro cutis densitatē efficaciter sa  
nat anethinum oleum, maxime si viride fuerit anethū  
item oleū ex Populo nigra;

Pau.Egine.

De spontaneis laboribus. Cap. XXII.

Voniam vlcerosa lassitudo fit ob acrium ex  
q cremētōꝝ viciū, id si paucū fuerit, sat erit  
recreatoria vti exercitatōe. Si vero maius, alti  
usqꝫ, talem neqꝫ exercitari, neqꝫ vllō prorsus modo mo  
ueri sinemus, sed tranquillitatem, somnūqꝫ p̄scribentes,  
in abstinentiā tota die seruabimus. Mox ad vesperā vn  
gentes, balneoqꝫ ex aqua modice calida lauantes, cibū  
exiguū & boni succi forbendū dabimus. Sed neqꝫ vis  
nū ei subtrahemus, vtpote quod semicoctos (si quicqꝫ  
aliud) concoqt humores. Quod si p̄ ea quæ diximus,  
malū quieuerit, ad priorē consuetudinē p̄rone reducē  
dus est homo. Si vero postero quoqꝫ die p̄manet, vas  
lidiori p̄sidio occurrendū est malo, atqꝫ si robustæ fue  
rint vires, duorū alterū, aut sanguinē mittere, aut pur  
gare cōuenit, sed vtrum magis faciendū sit, discernere  
oportet, at si imbecilles, sanguis nequaqꝫ mittendus est,  
sed moderate purgandū est. At vbi crudorū humorū  
multitudo molestauerit, tum neqꝫ sanguinē mittere,  
neqꝫ purgare, neqꝫ exercitari expedit, ac neqꝫ moueri,  
neqꝫ lauari. Seruandī itaqꝫ tales in omni tranquillitate  
sunt. Atqꝫ edulia, & potiones, & medicamenta, quæ ex  
tenuandi, diuidendiqꝫ vim habeant, citra calefactōem  
manifestam exhibeant. Igif̄ pro cibo oxymel, ptisanæ  
paulū, nōnunqꝫ mulsum quoqꝫ dabimus. Quoniā ve  
ro omnibus his præcordia suspēdunt, instanturqꝫ (eo  
quod facile vētosum fit quicquid eis exhibetur) haud  
ab re fuerit cum alimentis piper quoqꝫ miscere. Satius  
etiam num fuerit diospolitico medicamēto vti, atqꝫ eo  
qd̄ ex tribus piperibꝫ cōstat, oxymelle v̄o haud aliud  
vtilius est, Potōnis loco, apomelle (sic eā grāci ex ab

Præcept.

lutis ex aqua fauis, cremorem vocant) vtantur, præcipue acido, & vinis subacescentibus. Cibis vero citra calfactiōem attenuantibus, cuiusmodi sunt cappares, si vel ex oxymelle, vel ex aceto & oleo sumant. Ten siua lassitudo, quam non induxit exercitatio, multitudinem solidas partes extendentē, declarat. At constat si multus affuerit sanguis, venam secare, aut malleolū incidere, saluberrimū esse p̄sidiū. Inflammatiua q̄ sua sponte surpuenit fatigatio, ne paucarū q̄dem horarum dilatōem sustinet, nedum duorū, triumve dierū. nisi em̄ illico sanguinē detraxeris, febrim inducet p̄tinus vehementissimā. Satius aut̄ fuerit, nisi quid obstat bis eadē die auferre. Primū q̄dem ita detrahemus, ut animi defectiōem non incurrat homo. In secūda vero missione, ne animi q̄dem defectio timēda est. Quod si qs ita affectus sanguinē nō miserit, is nisi optima fortuna fauerit, haud quāq̄ seruabitur.

De victu senum.

Cap. XXX.

Enectus, frigida q̄dem est & sicca, corrigi v̄o humectantibus, calfacientibusq̄. Igit̄ fricandi sunt, sed citra fatigatiōem, ac infirmioribus ter cibum dabimus. circa tertīā q̄dem horā, paulū panis cum attico melle. deinde ad septimā horam, factis frictiōibus, & exercitatiōibus p̄ senectutis rōne, ac adhibito lauacro, primū q̄dē quæ aluū moueant, tum vel pisces, vel aues exhibebimus. In cena vero, ea q̄ optimos humores gignant, & q̄ non facile corrumpantur offerenda sunt. Neq̄, phibeo quominus vinis ex melle conditis vtant̄. p̄sertim si quis senex, aut in renibus calculum, aut podagram futurā timet. ac petroselinon quoq̄ vino tum adijciendū est. Quod si ob genitā in

Pau. EGINE.

ventre pituitā, cogamur eligere quę eam diuidant, trā  
seundū subinde est ad humectantē victus rōnem, ex  
hibitis ante alia alimenta ficis maturis, atq; p hyemē  
caricis, nisi in dextra p̄cordior; parte accidentis cuius  
piam sensus obstiterit. Cæterum quum in senili corpo  
re, & pituita, & serosa excremeta cumulent, necesse est  
quotidie & vrinā ciere, & absorpto ante cibos oleo, al  
uum soluere. At constat q; omnia olera ante cibos ex  
oleo & garo edenda sunt, oliuas quoq; ex muria, atq;  
pruna Damascena capere debent. Porro fortiori alui  
astrictioni p̄sidium afferunt & mercurialis, & cneus,  
atq; terebinthina resina ponticæ nucis magnitudine.  
Interdū clyster ex oleo sup̄ssam aluum commodiss  
ime soluit.

De rugato, contractoq; corpe Ca. XXIII.

Vitis erugatōem facit erui farina viti albæ ad  
c iecta. Aliud, smegma continēter purgans.  
ficus pingues cum bryonia cōtritas, & farinā  
erui contusam, atq; sepia testam, exiguo melle instilla  
to excipere oportet.

Vt suavis sit corporis odor. Cap. XXV.

T suauem corpus odorem reddat. Cyparissī  
v comamaridā contundens, ant piceę corticem,  
vnguento misce. Neq; obliuiscatur quis, ma  
ne postq; fuerit indutus, paulū aut casia, aut sauinæ  
degustare.

Ad habitū calefaciendū. Cap. XXVI.

D habitum vero calefaciendū, intrito calorifi  
a co vtendū est, quod habeat calaminthā, ama  
racum, hyfopum, lauri baccas, rorem marinū,

Præcept.

lapidem pyriten, salem, fecem vini vltam, nitrum, pumicem pro rōne singulorū. Item parum sinapios, & vix timiniæ, quam græci staphidagrian nominant, & granū gnidi. A lauacro vero vtať calido acopo, bibatq; vinum fuluum vetus, & potōem ex vino mulso, pipere, rutha, & similibus.

Ad coloris vitium. Cap. XXVII.

Orporis viciatum colorem emendat vita iucunda, mansuetaq; cibus boni succi, cui radiculam, porrūq; cū vtridi cicere miscebimus. Ac coloris quoq; pulchritudinē efficit, mali punici dulcis succus absorptus. neq; ab re fuerit, oleū adijcere, elixa in ipā bryoniæ radice. Hęc em̄ p̄fidia corpus politū reddūt. Scissuris illinēda sunt glutinātia, quæ ex abstergentiū aliquo consistunt vt farina. itē narcisci & bryoniæ radix atq; amarę amygdalæ tum fructus, tū radix ex aqua cocta, haud inutiliter in balneis adhibent.

Ad liuores & fuscidades. Cap. XXVIII.

Liuiore tutos reddemus senes, si pellem. quominus afficiatur, spissam, & habitū multo calidiorem fecerimus. quod vt facilius assequamur, salem balneis adijcere oportet. Liuidas vero partes, submersa spongia in elixā brassicæ atq; absinthij decocto fouebimus.

Dentiū custodia. Cap. XXIX.

Entes hoc modo incorrupti seruabunt. In primis vitare oportet ciborū corruptōem, assiduum vomitū, & cibos dentibus inutiles, vt ficos aridas, mel coctum, palmulas, & eos qui difficulter terunt, quicq; glutinosi sunt, atq; qui fractu adeo

Pau. Egiue:

difficiles sunt, ut dētes moueāt, & qui ea doloris specie dentes afficiūt, quā Hæmodiā græci vocāt, nos torpedinem, haud temere appellauerimus. item frigidus & omnes putres. Nequaquē ꝑo negligas post canā dētes purgare.

Ut facile quis audiat.

Cap. XXX.

Vdiendi facilitatē ꝑstat, in primis purgare me  
a atū a sordibus. Quę si diutius retentę fuerint, linamentū madens ex dropaco (ita em̄ vocant genus vnguenti ex pice) in ip̄um demitte, atq; expressum extrahe. simul em̄ & meatus purgatur, & audiendi vis restituit. deinde erui magnitudine, ei ꝑ diem adhibita, obtura meatū. Postero die extrahens, vnge ꝑtē tidie ex oleo amygdalino, aut nardino, aut chamæmelino, aut adipe gallinaceo, aut exiguo felle bubulo. Rursus, tractu tempis, ex ficis cum sinapi tritis facto penicillo, adhibe horis duobus, quo subinde extracto, oleū qđ in succo asphodeli radicis ferbuerit, infunde.

Ad caligatōem oculorū. Cap. XXXI.

E caligatione oculi infestent, ip̄is in aqua frigida demersis modice suspicere oportet, quādo qđem videndi robur ita intendit, neq; ꝑo crebra lectione fatigandi sunt. vitandū est vinū crassum & dulce, item cibi q non facile ad ventriculū descēdūt, & qui concoctu difficiles sunt, atq; ex qbus humores lenti, crassiq; pueniunt. similiter eruca, porrus, & quę cunq; acrem vaporem sursum mittunt. Nocet etiā, si diuturnus fuerit supinus decubitus, frigus, ventus obuiam veniens, fumus, puluis. Mirifice ꝑo ꝑdest, si perpetuo mense quotidie huiuscemodi aqua oculis instilatur, quę qđem sic ꝑparanda est. In vas fictile extrins

C

Præcept.

secus picæ illitū, sceniculū virentē, aquamq; pluuialem  
iniice, deinde extracto sceniculo, qd̄ reliquū ē seruato.

De facietate. Cap. XXXII.

Aximū in cibatoe satietatis peccatū est. Nam  
m̄ etsi ventriculus probe concoqt, venæ tamē ni  
mis repletæ, laborāt, dilatant, rumpunt, obtu  
rant, & flatu implent, atq; in totū, pessimos ex facietate  
morbos constare, in confesso est. Porro vētriculi ple  
nitudo, etsi omnino tolerabilior est ea quæ venis acci  
dit, eo q̄ nonnunq; vel vomitu, vel deiectione, id qd̄ re  
dūdat excernit, tamē ne hæc qdem admittēda est. At  
tamē si nimis ingessit aliq̄s, illico vomere debet. Si em̄  
pbe concoxerit, venæ plenitudinis periculū non eua  
dent, maxime si qs iugiter p̄ intemperatiam se ingur  
gitans, nulla v̄tat vacuatione, itaq; vomere debet, pri  
usq; cibi corrumpant. Cui vero vomere non licet, solu  
ta aluus plerumq; opem tulit, at si ne hanc qdem mo  
uere concessum est, diutius dormire, & aquam calidā  
bibere debet, quum vero iam pbe concoxerit, maxis  
me si qd̄ excreuerit, tum & lauacro, & balneo v̄tat, &  
falsamentū edat, atq; potōem dilutam sumat. At si ne  
q̄ deiecit, neq; mature cōcoxit, ac totum quoq; corpus  
graue, & ad motiones ineptū, atq; somnolentū fuerit,  
mens etiam p̄ter rōem pigrescat, venarū plenitudo si  
gnificat. Quibus vero p̄ter hæc fatigatio quoq; acces  
serit, eos quieti p̄mittere, donec ventriculus cōcoquat  
satius est, atq; sic deinde vacuare.

De ebrietate. Cap. XXXIII.

Ebrietate detentis, repentinus vomitus p̄sentia  
neum auxiliū affert. Oportet v̄o abunde aquā  
bibere, & mullum, atq; sic vomere, vt & pluri

Pau. Eginē.

ma p̄iciant, & vellitatio fiat obtusior. Post vomitū ve  
ro, & leniter ambulent, & vbertim vngant. dein reliq̄  
tempe, tam diu quiescant, sub tegmine dormientes, q̄  
ad soluat̄ur temulentia.

Quibz alimēta corrūpūnt. Cap. XXXIII.

Orruptis in vētriculo cibi, hi q̄ excremēta cor  
rupta deiciūt, rectissima via ad sanitatē tēdūt.

Quibus vero nihil subducit̄, ex his q̄ leniter al  
tum mouent, irritandi sunt. Atq; sic affectis, vomitus  
ante cibū cōuenit, vel ex vini, vel multi potatōe. Nihil  
etiā vel fumosum, vel graue olens, exhibēdū est, aut  
in totū nullus cibus q̄ facile corrumpat̄, sed alimenta  
boni succi eligere oportet. Ideoq; p̄ tēporz interualla,  
moderate ventris purgationes, ex leuibus medicamē  
tis, huiuscemodi affectōe laborātibus cōferunt.

De venere,

Cap. XXXV.

C neq; venus vtilitate caret. vtpote q̄ plenitu  
dinē vacuat, corpus auctū, leue, virile, reddit.

Et qd̄ ad animū ptinet, rōis vim impeditā sol  
uit, ingētes iras remittit. iccirco melācholico aptissimū  
remediū est, si quicq; aliud. Reducit aut̄ ad modestiā,  
vel alio quouis mō insaniētes. atq; morbis, quos pitui  
ta cōflauit, magnope cōducit, fastidiētibus, cibi appe  
tentiā restituit, nōnullos a crebris quoq; somnijs libe  
rat. Porro veneri, natura calida & humida idonea ē.  
q̄ppe q̄ ceteris pnior est ad libidinē. Concubitū vero  
nō admittūt, victus refrigerās arefaciēsq; aetas senes  
cūtis, tempus autūni. Itaq; calida & humida a dūca  
tio, atq; mediocritas & laborz & ciboz adhibenda est.  
Vt em̄ labores, sic & cōcubitus (si modus seruetur) vā

C ij

Præcep.

lis est. Nam & ad opus excitat, & facilitatē quandā ei  
q̄ sic consueuerit, p̄bet. In primis igit̄ venerē stimulat,  
si quicq̄ aliud, alimentorū abūdātia. Ideoq̄ cibi q̄ plu-  
rimū alunt, ad hanc rem sunt idonei. vt ex piscibus po-  
lypus (q̄ppe hoc animal maxime libidinē irritare credi-  
tur) & mollium genus. Olera aut̄, orminon, erysimon,  
eruca, rapa, atq̄ hæc veluti medicamēta sunt. Legumi-  
na vero, faba, cicer, cicera, siliqua, pisum. quia flatū ge-  
nerāt. vñ ruta q̄ spiritū discutit, deletq̄, venerē obtun-  
dit. Vuas aut̄ magnop̄e p̄bo. si q̄dem & humectant, et  
flatu corpus implent, sine q̄bus nullus fit in venerem  
impetus. Igit̄ qui in venerē cōgressurus est, obserua-  
re debet, ne tum vel facietas, vel cruditas, vel fatigatio  
vel vomitio, infestet. item neq̄ purgatio, neq̄ repenti-  
nus alui fluor. q̄uis nōnunq̄ diuturno fluori, eo q̄ are-  
facit, sit medicamentū. Vehemētē cōcupiscentiā, tā-  
tum abest vt laudē, vt ei magis renitendū censeā, ma-  
xime q̄bus ex morbo puenire putat̄. Cōmodissimum  
itaq̄ fuerit, post exercitātes, & balneas, atq̄ cibū mo-  
dicū coire. Sic em̄ & robustiores erūt vires & frigoris  
virābimus nocumentū. Hora vero ad cōcubitum ap-  
tior est post cibum (vt diximus) & ante somnū. q̄ppe  
subsequens somnus laborem remittit. Adde q̄d hoc  
tēpus ad sobolē p̄creandam apūssimū est, cū ob alias  
cās, tū q̄ fœmina dormiēs geniturā melius retinet.

Qui coire non possunt. Cap. XXXVI.

Inguedine pudēda assidue illinienda sunt, ad  
p̄ijcere v̄o exiguā radicis narcisci partē, aut gra-  
ni gnidij, aut pyretri, aut v̄uæ timiniæ, aut se-  
minis vrticæ oportet, aut anisi semen p̄pinare, aut pi-

Pau.Egine

per, aut fatyrion, aut eruca ptem, aut eneci, aut omnia  
simul, Bulbos quoq; affos, rubros qdem paruosq; cū  
sale & oleo añ cibū deuorare, aut scyllæ par; marcidæ,  
vt p̄terea cōpositis medicamētis ad hoc p̄positū inuē  
tis, ac res quoq; lasciuas creberrime legere cōuenit.

De immodico concubitu. Cap. XXXVII.

Requens cōcubitus, corpus rarius, frigidius,  
f & imbecillius reddit, ergo cōstypantia videliç  
cet, & calorifica, & humectantia, & robur affe  
rentia, adhibere oportet. Itaq; si quē immodica venus  
læsit, sub calido opculo getus dormiat, donec corpis  
impetus remittat, ac ip̄e sic ab imbecillitate leuet.

De genitalis seminis abūdantia. XXXVIII.

Vnt nōnulli q; cumulado multo calidoq; genis  
f tali semine, in venerem ruunt, quod quum eie  
cerint, imbecillū effici corpus, ac stomachus  
quoq; resoluit, extenuat, & arescit. Si vero a coitu ab  
stinuerint, accedit & capitis grauitas, & nausea, deins  
de p̄ somnū excernētes, ip̄m eodē mō afficiunt. Quis  
bus, nihil vñ seminis abundantia pueniat, exhibendū  
est, sed & cibos & medicamenta ip̄m destruētia assu  
mere, & lumbos a balneo, ex oleo rosaceo, & melino,  
& omphacino, vngere debent, adiecta eis cera, vt cras  
siora reddant. Miscent quoq; succi refrigerātes, vt sem  
peruiui, solani, vmbilici veneris, & psillij, atq; hæc qdē  
estate, reliq; p̄o tempibus, tum alia, tum lactucæ suc  
cus, & lini semen ex aqua coctum, nam & hoc refrige  
rantē succū p̄bet. similiter plumbi lamina lumbis sup  
posita, seminis p̄ somnū, p̄fusionem cohibet. Idem effi  
ciunt herbę frigidæ substratæ, adiecta ruta, & tenellis

C iij

Præcept.

amerinę surculis, ac lini quoq; semen, & rutę semen  
datū in cibū. Cauendū ꝑo est ne dum lūbi tam studio  
se refrigerant, renes afficiant iniuria.

